dã octingẽtis cũ equitib⁹ a Geloſſo ad eos cõceſſiſſe. Micipſam & Maſtanabã Maſſiniſſæ filios: Romanis illis arma pecuniaſq; pollicẽtibus nihil aſſentiri uerũ cunctari & quæ futura eſſent præuidere uelle animis elati uniuerſam Libyã ſuſcepturi ferebant. Multa itaq; enormia: atq; nefanda hic inde p urbes in Romanos pdicantes ad eorũ impotentiã cuncta referebãt. His addebãt quæ bis cum illis cõtigiſſent q̃ turpiter ad Hippargeta: & ad ipſam deniq; Carthaginẽ ſeſe habuiſſent: quã præſidiis: armiſq; deſtitutã obtinere nequiſſent. Miſere deinde ad Micipſam & Maſtanabã & eorũ cõplices maurUſios: q eos hortarent̃ edocerentq; Romanos denuo illis bellũ illaturos eſſe. Miſere & in macedoniã alios ad eũ quem Romãis aduerſantem Perſei filiũ pleriq; credidere ad bellum incitãtes. Non. n. pecunias: aut arma a Carthaginẽſibus illis defutura referebãt. Quippe iam armis inſtructi atq; ornati haud minimũ de ſe ſentire uidebant̃: uerũ audacia & apparatu paulatim creuerãt. Auctus erat & per partes Haſdrubal regioni præfectus ob maulii errata: urbiſq; principatum aſſumere feſtinans Haſdrubalem illi præſidentẽ Geloſſi cõſobrinum in ſenatu cõuiciis adorſus erat quaſi urbẽ Geloſſo eſſet traditurus. Quo ſermõe in mediũ prolato cũ ille: ut inſperato uehementer trepidaret ciues uerberibus eũ affecer̃: ſubieceréq; ſedilibus. Romę aũt nunciata Piſonis clade: cũ Carthaginenſiũ apparatus uiciſſim referrent̃ populus triſtari cœpit uehemẽterq; trepidare. Creſcẽte. n. in dies bello quod oĩum maximum: ac difficillimũ eſſet urbiq; finitimũ nullum finẽ expectabant futurũ. Itaq; Scipionis bella quæ tribunus adhuc in Libya geſſiſſet mẽte repetẽtes: eaq; præſentibus cõferentes rebus: & quæ a domeſticis olim habuiſſent ex eorũ litteris una recẽſentes Scipionẽ conſulem facere inſtituũt: eũq; in Libya mittere cõtendũt: & iam comitia aderãt. Scipioni uero cõſulatum petere haud quaq̃ p ætatem ſinebãt leges. Itaque ædilitatem petere cõſtituit. Verũ populus ſtatim eũ conſulem effecit. Qđ cum inique factũ uideretur cõſules illi legem protulerũt. At ciues rogar̃: inſtare: demũ clamare incipiunt ex Tullii legib⁹: ac Romuli populum comitiorũ eſſe principẽ: ac legũ quæcũq; ad ea pertinerent: ita ut creare: ac deponere quoſcũq; uelit fas illi ſit. Tandẽ uno ex tribunis ꝓclamãte creatorem a cõſulibus auferẽdã eſſe ni populo placeret. Senatus ut legẽ exoluãt tribunis iperat: eamq; poſt annũ iterũ reſcribãt: queẽadmodũ lacedæmonii in opportunitate feciſſe dicũt̃ captiuorũ infamiã circa pylũ ciuitãtes ad miſericordiã magis q̃ ad ſuppliciũ inclinãtes legẽ. Per hũc modũ Scipio ędilitatẽ petẽs cõſul creatus ẽ: atq; eius collega Druſus de Libya poſt ipſum ſortiri iuſſit quoad unus tribunorũ in mediũ ꝓferre auſus eſt. Præfecturæ quoq; iudiciũ ad populũ ſpectare. Scipionrm uero populus elegit. Datus eſt itaque illi exordine exercitus quantus ante iterfectorum affuiſſet numerum datum: & uolentes quotſuaderet e ſociis educere nec non a regibus & urbibus quod ipſe ille probaſſet emittere licere populo Romano epiſtolas ad eos ſubſcribente: fuereque quos ita acciperet a ciuitatibus & regibus. His

Carthaginenſium uana fiducia.

Pſeudo Philippus.

Attẽde pœnã.

Comitia Scipioni p ętatem cõſulatũ petere nõ licebat.

Fit cõſul ſcipio

Poteſtas Scipionis.

itaq; diſpoſitis in Siciliam primũ. Ex Sicilia uero in uticam claſſe appulit. Interim Piſo mediteranea obſidebat. At Mãcinus partẽ muri Carthaginis aggreſſus quæ neglecta uidebat: rupes quippe & aſpere & inuiæ undiq; emmebãt: cæteris quæ propiora uidebãtur deſtitutis: & icultis ſcalas muro latẽter apponit: urbẽq; p inſidias ingredi conat: pleriſq; militum operam il li ſtrenue nauãtibus. Carthagies ſpreta eoꝝ paucitate portã quæ ad rupes deferebãt ultro reſerant: ac celeri curſu in Romanos feruntur. Romãi ecõ tra in illos cõuerſi fugientes perſequũtur: unaq; cum illis portã intrãt. Sub lato undiq; clamore: ut in uictoria mos eſt. Mãcinus ingenti alacritate ad eos decurrit cũ alioquin leuis eſſet: ac citus. Cæteri ſubinde naues ingreſſi Mancinũ conſequũtur: & ad mœnia delati clamore: ac uociferatione nudi inermeſq; bellant. Iam ſol ad occaſum uergebat cũ muros oppugnarent. Neceſſariis itaq; deficiẽtibus Mancinus nuncios ad Scipionẽ deſtinat: & uticẽſium primores rogat: ut periclitãti ſibi opem afferãnt: cibaria propere mittãt. Et ille quidẽ exorta luce a Carthaginenſibus expulſus in diſcrimen facile adduci poterat. Scipio ueſpera uticã applicuit. Circa mediã uero no ctem quæ Mãcinus ſcriberet edidicit. Subito itaq; milites tubã ad prælium citari iubet. Porro quicũq; ex italia cũ eo mari acceſſiſſent a tubicine uocari Adoleſcentes uticoꝝ qui per ætatem cõuectare poſſent cõmeatũ ad naues ferre. Captiuũ præterea ex Carthaginenſibus ſoluens demiſit qui annũcia retur Scipionẽ Piſoni in auxilium uenire: equites alios ſuper alios ad Piſo nem mittens: qui eum propere accerſiret. Ipſe poſtrema uigilia milites edu cit admonitis ipſis. ut cũ hoſtibus propinqui eſſent erecti ſupra ſtramenta ut plurimũ illis facies oſtenderẽt. His a Scipione cõſtitutis Mancinus or ta iã luce Carthaginenſibus undiq; inſurgẽtibus quingentos milites: quos in armis ſoios habuit duobus millibus qui inermes extitere a frõte oppoſu it. Vulneratus igitur ab illis: & expulſus ſub ipſis muris deleri uidebat cũ Scipionis naues in alto uiſæ terribili impetu in hoſtes aduentãtes armatis undiq; extãtibus refertæ. Carthaginẽſes ex captiuis certiores facti Romã nos inſperato auxilium ſuis afferentes properare ſtatim ſubſtitere. Cedentĩ bus ipſis Scipio milites periculo iam proximos nauibus excepit: ac Mãci num ſubide Romam miſit. Aduenerat. n. illi ſucceſſor ab urbe Serras claſ ſi præfectus. Ipſe haud lõge a Carthagine ſubſtitit. Carthaginenſes ex mu ris per quinq; ſtadia progreſſi ulterius uallum iaciũt: ipſiq; in eo cõſtiterũt Haſdrubal regionis princeps & Bitias equitũ præfectus peditũ ſex millia equites uero mille cura tẽporeq; ad bellum iſtructos deducẽtes. Scipio cũ nullum ordinem aut ornatũ militib[9] adeſſe cerneret uerũ ad inertiam: auã ritiam: rapinaſq; ſub Piſone aſſuetoſ ad deteriora quæq; procliues eſſe: mul titudinẽ præterea nundinatoꝝ illis cõuenire qui prædæ cauſa audacioribus ſe iubẽte nullo ad rapinas cõmiſcerẽt. Cũ lex militem ab audito tubæ lõgi us diſtantẽ in hoſtiũ referret numerũ. Quippe cum eoꝝ errata exercitui a ſcribi ſoleãt quæcũq; aũt rapuiſſent alterius litis principiũ afferrent: multi

Per propria pu gna

Mancini teme ritas

Sollicitudinẽ & diligentiã Scipiõis atte de.

Serras.

Lex militẽ ab audit tubæ diſtantem in hoſtiũ refere bat numerũ.

nempe ſocios ob lucrum cōtemnētes ad uulnera plagas & homicidia pau latim defluebāt ſatis cōſcius neutiq̃ ſe hoſtes ſupare poſſe in ſuis imperaſſe oēs ne cōciliū uocari iuſſit. Ipſe editiori loco conſtitutus his uerbis eos coarguiſſe dicit̃. Ego quidē o uiri dū ſub Manlio imperatore uobiſcū militarē fidelitatis in uos meæ experimentū præſtiti: quā nūc imperator repeto. qui ad ultimū uſq̃ ſuppliciū puniēdū uos ſi minus parueritis poteſtatē habeo utile tñ exiſtimaui aliqd pſari. Noſtis. n. quæ facitis & quæ me dicere oporteat: quorꝝ erubeſco. Latrocinamini potius q̃ militatis: & fugitis non caſtra mētamini: & nundinātibus lucri cauſa nō obſidētib9 eſtis ſimiles & delitias quæritis pugnātes nō dū uictores effecti. Quid quæ hoſtiū iſperato & breui ex quo dereliqui in tantā creuere potentiā & uobis labor ex facilitate dietim fit. Cauſas aūt ſiquidē in uobis ipſe diſcernerē ſtatim punirē. Verū qa alteri potius adſcribo quæ in pſentē uſq̃ diē geſta ſunt a uobis ptermittam Venio ego nō latrocinaturuſ cæterū uictor futurus: nec ut pecunias cumulem ante uictoriā: ſed ut hoſtes prius ſuperē. Abite ab exercitu oēs hodie q̃ cūq̃ nō militatis ſeparatim ab iis quos ſub me manere inſtitui. Abeūtes uero nequaq̃ redire uelim niſi ſiqs cōmeatū ferat: & hūc: quidē militarē & exilem: qbus tēpus diffinitū adſit: in quo huiuſmodi diſponāt. Venditioiſ āt eorum & quæſtor & ipſe geremus curā. Et hæc militibus dicta ſint. Vobiſ āt militātibus unū adſit mādatū in oibus cōe operibus meus. ſ. mos atq̃ labor Ad hæc ſiqdē uos dirigētes neq̃ prōptitudine egebitis neq̃ gratia carebitiſ. Oportet aūt nos in iis defatigari qbus ineſt periculū. Lucrū aūt: ac delitias in aliud differre tēpus. Hæc ego & lex iubet. Fideliter itaq̃ ſe habētib9 multorꝝ retributionē afferrēt bonorꝝ: infidelib9 uero pœnitētiā. Hæc fatus Scipio inutiliū uirorꝝ turbā & quæcūq̃ ſuperuacua: uana: ac delitiis referta inerant in medio ſuſtulit. Purificato exercitu: & ad diſciplinā redacto cū promptus ad exequēda mādata uideret̃ locū latēter aggreſſus eſt quē megara appellāt: inſidiis bifariā appoſitis per noctē. Eſt aūt in urbe locus ſatis amplius Megara: q mœnibus annectitur. Ad hunc una ex parte alios ex ſuis præmittit. Ipſe ex altera cū ſecuribus ſcalis: ac uectibus p. xx. ſtadia ingenti ſilentio proceſſit: pceptis deſup qua maxime proximus erat inſidiis: uoceq̃ e muris reddita ipſe econtra primus & cū eo reliquus exercitus cœpit reclamare. Qui aūt ab altera parte cōſtiterāt uehemētius extulere uocē adeo ut Carthaginēſes q̃ primū terrerent̃ tot hoſtibus ſubito illis noctu in laterib9 undiq̃ aſſiſtentibus. Circa muros uero q̃q̃ diligentiſſime cūcta rimaret̃ nihil pfecit. Erat forte puati cuiuſdā turris: ac deſtituta extra muros: cuius altitudo mœnia æqbat. Per hāc adoleſcēs qdā audacter euectus ē. Ab hac ad muros emiſſis haſtis per interuallū ligna aſſereſq̃ appoſuere: p quæ ad murū decurrentes ad megara uenerūt. Inde pfractis portis Scipionem recepetunt. Ille cum quatuor millibus ingreſſus eſt: ac ſtatim fuga ueluti reliqua occupata urbe a Carthaginenſibus citiſſime in Byrſam facta: uoxq̃ multiplex audita clamantium: ac non nullorum captiuitas: & tumultus fieri cœ

Scipionis uerba ad milites

Attende mādatum.

De hoc memi nit Valeriuſ Maximus

Megara

Attende

Turris.

Ingreditur Scipio carthagi nem.

ptus eſt ſic ut foris caſtrametãtes relicto uallo una cum cæteris in Byſam
ſe cõferrent. Scipio cũ Megaræ locũ anguſtiorẽ intueret᷑ arboribꝰ umbro
ſis obſitũ: rubis preterea ac uepribus & ripis aquæ profundioribus uariis:
difficilibuſq; repletũ eſſe ueteri cœpit ne exercitui inſequẽti inuiũ: ac diffici
le iter redderet᷑ potiſſime cũ per ignota cõmeandũ foret ſi quæ noctu inſi
diæ adeſſent: ſubito itaq; regredi inſtituit. Cum uero illuxiſſet dies. Haſdru
bal megara a Romanis occupata permoleſte ferens captiuos oẽs: quos ex
illis ceperat ſupra murũ ſtatuit eo uidelicet loci quo maxime a ſuis uideri
poſſẽt: ibidẽq; uariis affecit ſuppliciis. Nã eoꝝ aut oculos: aut linguas: aut
neruos: aut pudẽda uncis ademit ferreis: nõ nullis ſoleas eraſit: digitoſque
abſcidit: aut reliquã corporis cutẽ ſuſtulit: & ſpirãtes adhuc e muris appen
dit oẽs quo Carthaginenſes in Romanos ꝑpetuo irritaret odio: ſolamq; in
bello ſalutẽ ſpes illis anteferret: uerũ aliter: ac putarat euenit. Nã his perce
ptis Carthaginenſes operum prauitate deterriti ex audacibus timidi effecti
ſunt: & Haſdrubalem ueluti ſalutis uiã ciꝰ ꝓcludẽtem odere cœperũt. Præ
cipue aũt ſenatores illi acclamare: & ut crudelia: ac ſupba meditãtem inter
tot domeſticas clades increpare nõ ceſſabant: qua ex cauſa non nullos ſena
toꝝ aggreſſus occidit: ob idq; inter oẽs formidabilior effectus ad tyrãnidẽ
magis q̃ ad impium aſpirare uidebat᷑ quaſi in hoc dũtaxat ſtabilitatem ha
biturus ſi a multis timeret᷑: ꝓpter quæ incommunicabilis apud oẽs haberi
cœpit. Scipio hoſtile uallum quod in arce primũ fugientes reliquere ſuccẽ
dit. Iſthmũ aũt omnẽ circuncapiens a mari uſq; ad mare foſſa uallauit p ſa
gittæ iactũ diſtans ab hoſtibus. quod opus p. v. & xx. ſtadia ꝓduxit a frõ
Obſidio carthaginis a Scipione. te cũ continue foderet: atq; pugnaret. Perfecto ope alteram pariter eduxit
foſſam: haud multũ a prima illa diſtãtem quæ ad mediterãea ſpectaret. Du
as p̃terea prioribus ꝑſimiles illis addidit ita ut quadranguli formã uniuerſũ
opus uideret᷑ obtinere. Has ſudibus undiq; acutis p̃muniuit lignis in cru
cem ductis: reliquas porro firmauit muniuitq; uallo e quibꝰ intra urbẽ eẽt
intuitus. & p. v. ac. xx. ſtadia muro ſepſit: cuius altitudo exceptis ꝓpugna
culis: ac turribus quæ muro adiacebant duodecim pedes ſupgreſſa eſt. Pro
funditas ſupra dimidium altitudinẽ excelluit. In medio turris editior funda
ta fuit: & ſupra ipſam ꝓpugnaculum e ligno quadrangulũ: ex quo uniuer
ſa quæ fierent in urbe facile ꝑſpiceret. Hec p uigīti dies totidemq; noctes fa
cta ſunt laborante exercitu & p uices operante atq; pugnãte: neq; cibo: aut
ſomno indulgente admodum. Quo facto intra uallum exercitum deduxit:
fuitq; ea pariter & militum caſtrametãtio: & in hoſtes circũſeſſio in ſpaciũ
deducta: in qua reſidẽs ipſe cõmeatum omnem qui a terra ferebat᷑ Cartha
ginenſibus adimeret. Cum excepto dũtaxat ſuperiori collo cætera Cartha
ginenſium introcluſa eſſent: & ex inde fames: ac maloꝝ cauſa ſumpſit initiũ
Nam multitudine ex agris in urbẽ cõfluẽte: neq; egredientibꝰ ullis ꝓpter
obſidionem. neq; negociatoribus ob bellum ad eos cõmeantibus cũ ſolum
ex Libya. & id modicum ſuperaſſe cõmeatus: minimum etiã ex mari cum

tranquillum eſſet ueheretur:quem autem a terra capiebat maximo pericu
lo laboreq̃ ꝑciperent fames uehemētius urgere cœpit.Erat Bythias quidā Bytias
p̄fectus eq̄tum apud illos.Is cū ad ferendū cōmeatum iāpridem miſſus: ne
que claculum accedere:neq̃ Scipiōis uallum ſupare ui poſſet cōmeatum
a longe circūuectum ſcaphis quibuſdā paruis imponebat . Inſurgentibus
aūt urbi Scipionis nauibus:neq̃ cōtinue ac cōiunctim ſubſiſtere ualētibꝰ
iuxta urbē ipſam ob undaꝝ fluxus:& ſcopulis refertū mare Carthaginenſi
bus potiſſimū in muris cōſiſtentibus:& undarū impetu e petris cōcutiēte
naues bithiæ onera:& quæcūq̃ negociatores lucri cauſa contuliſſent uim
uenti e pelago expectātes tēſis uelis in portū ferebant triremibus minores
rates ob celeritatem ueli neutiq̃ haud quāq̃ prohibere:aut aſſeq potētibuſ.
Verū & id modicū erat:nec niſi uehemētiore uento e mari ſubuectari pote
rat . Quicq̄d præterea id eſſet Haſdrubal triginta millibus quos bello elege
rat cōtemptis reliquis ſolis diuidebat:qua ex re fames acrius premebat ur
bem.Id cū animaduerteret Scipio nauigationē quæ a portu ad occidentē
uergit:nec multū diſtat a cōtinenti inhibere ſtatuit.Aggerē itaq̃ in mari ꝑ Obſtruit Sci
longū cœpit a zona quæ ſtagni in medio mariſq̃ cōſtituta lingua diceba pio carthagi
tur.Progreſſus deinde in pelagus & ad exitū uſq̃ directo agger ſaxis ingē nēſium naui
tibus deliſq̃ firmauit ne alluuie undarū ſolueret opus.Fuit aūt latitudo ag gationem
geris a ſupiori parte quatuor & uiginti pedū. In profundū uero ꝑ quadru
plum innixa fundamento Carthaginenſibus quidē a principio irriſo quæ
dā fuit eiꝰ operis quaſi in lōgū ac multo uix tēpore habituri finē:ac q̃: uix
perfici poſſet. Incōbente mox exercitu uniuerſo : neq̃ dies:aut noctes ab o
pere ceſſante ob rei magnitudinē admiratio in timorem uerſa eſt.Itaq̃ orifi Carthaginēſiū
ciū aliud e cōtraria portus regione meditati pelagi ī medio qua nullam mo magnanimi
lem ob profunditatem uiolentiāq̃ uentoꝝ educi cōfidebāt effoderāt mulie tas.
ribus:ac pueris una laborantibus.Incepere aūt interius:ac admodū latēter Neceſſe car
& ſimul naues ex uetere materia:triremes quinqueremeſq̃ formarūt nihil thaginē capi
prōptitudinis:aut audacie omittētes:adeoq̃ oīa occulta tenuere: ut ne capti
ui quidē Scipioni quicq̄ de hac re manifeſte fari poſſent . Cæterū ſtrepitū
ꝑpetē intra portū diu noctuq̃ ſe audiſſe dicerent:cui aūt utilitati id eſſet nē
quāq̄ intelligere:quoad oībus in unū cōparatis Carthaginēſes ex orientis
parte aperuere portū:ac nauibus quinquaginta triremibꝰ q̄nqueremibuſ
que inſtructi celoces myoparones aliaſq̃ q̄ plures minores educentes rateſ
horrendā explicauere aciem.Romanos uero & os portus ſubito apertū &
claſſis in ipſo exitu celere emiſſa adeo cōtreruit:ut ſi Carthaginēſes eoꝝ na
ues propere agreſſi eſſent cū illi ueluti obſidētes incurioſe degerent nullis:
aut nautis:aut remigibus eo tēpore aſſiſtentibus facile eoꝝ claſſem delere
potuiſſent. Verū Carthaginē a Romanis capi neceſſe erat. Tūc igit̄ ut ſe
oſtentarēt tantūmodo mouere claſſem:ac ſuperbe hic inde diſcurrentes in
portū reduxerūt. Tertia poſt hac die ad pugnā conſtiterunt. Romani na
ues:cæteraq̃ diſponētes illis occurrere.Clamore igitur ac uocifcratione ab Pugna naualis

utraq; parte uehementer editis cũ remigum: ac gubernato℞ promptitudo militũq; audacia ubiq; e mineret: & in hac dũtaxat pugna & Carthaginen ſium ſalus & Romano℞ uictoria pẽdere uideret᷑: continue ꝑ diẽ plagę uul neraq; multipliciter inter utroſq; facta ſunt. Pugnãtibus illis pleræq; Liby co℞ rates: quæ forma inferiores ſcaphæ appellant᷑ Romano℞ naibus ma ioribus inuectæ ac ſubmiſſius illis diſcurrẽtes proras infeſtabant: guberna cula remoſq; abſcindebãt: aliaſq; proterue in eos factitabãt ob fugiendi prõ ptitudinẽ celeritatẽq; redeundi quoad die in ueſperã uergẽte Carthaginẽſi bus retrocedere uiſum eſt: nõ ꝙ prælio ceſſiſſent ſed ut in ſequẽti die feruẽ tius ſe ad pugnã cõpararẽt. Qua ex re minores rates in fugã uerſæ nauigã di prõptitudine ſeipſas implicãtes aditum clauſere portus. Ob id a maiori bus ſubito præuentæ cum progredi non poſſent aggerem petiere fuga. Ibi locus ante mœnia haud anguſtus fuit: in quo negociatores onera depone rent: uerũ ingruẽte bello ſup iminẽtib⁹ muris in breuiorẽ redactus formã ne in amplo aliquãdo morarent᷑ hoſtes. Ob portus igit᷑ inopiã ad aggerẽ delatæ Carthaginẽſiũ rates cõuerſo impetu Romãos infeſtabãt: ac hoſtes circũnauigantes hi qdẽ a ratibus. nõ nulli ab aggere: alii aũt e muro depu gnabant. Romanis uero & nauigatio leuis erat & pugna ꝑfacilis cõſiſtẽti bus illis. Cũ aũt retrocederẽt ob nauiũ cõuerſionẽ quo maiores erãt eo gra uiores difficilioreſq; reddebãt᷑: ſic ut illis ſiſia ſæpe paterẽt᷑. Cũ. n. ſe cõuer terẽt a Carthaginẽſib⁹ ſtati hic inde diſcurrẽtib⁹ ferro petebãt᷑ quoad qn que Sidetorũ naues quæ ob Scipionis beniuolentiã eũ ſequebãt᷑ hoc mo do cœpere pugnã. Ex ingenti qppe interuallo ancheras mari iniiciebãt ſide longiſſimis funibus annexe in hoſtes ferebant᷑. Cũ aũt ſe illis miſcuiſſent iteru funes ꝓſecutæ: & in puppes cõuerſæ ad ſuos remeabãt: demũ roſtro ꝓuectæ in hoſtes iterũ ꝑ puppes retro trahebant. Quod cũ a cæteris ꝑſpe ctum eſſet milites Sideto℞ morẽ imitati faciliime inſequẽtes hoſtes repelle bant. Id ꝑlium nocte intermiſſum eſt. Carthaginẽſium naues quotquot re liq̃ illis ſupfuerãt arrepta fuga urbẽ repetunt. Scipio exorta luce aggerem aggreſſus cũ debile admodũ eſſet munimentũ quod portui iminebat arieti bus machiniſq; adhibitis partẽ deiecit muri. Carthaginẽſes q̃q̃ fame multi plicibuſq; affligerent᷑ malis nocte mœnibus erũpunt: Romano℞ machias inuadũt: non terra qdem ꝓgreſſi cũ nulla adeſſet uia: neq; nauib⁹ cũ mare omni ex parte teneret᷑: uerũ nudi facib⁹ extinctis: ne a lõge uiderent᷑: aut ꝑueniri poſſent eo modo mare ingreſſi qdam ad ubera funibus incincti: q dã nãtes ꝑtranſibãt: inde ad Romano℞ machinas delati ignẽ ſuſcitant. Cũ que oĩbus cõſpicui iam eſſent utpote nudi multis affligebant᷑ plagis: mul tos & ipſi uulnerabãt audacia fræti: Fuere ex oĩbus q telo℞: ac enſium mu crones in pectoribus ferẽtes: ac uultibus a pugna nõ ceſſarẽt in modũ fera rũ inter uulnera ruentes quoad machinas ſuccedere igne: ac Romanos pe pulere. Turbatis oĩbus ex inſultu ſtrepituq; qui ꝑ uniuerſum effundebat᷑ exercitum cũ trepidatio qualis antea nunq̃ fuiſſet depugnãtib⁹ nudis Sci

Negociatorũ

Naues ſidetorum

pio turbatus equo accurrit: ſuoſq; niſi a fuga ſiſterent humi poſterni: ſtratoſq; iuſſit interfici: qua ex re plurimi in exercitu ex neceſſitate ſaluati ſunt: ac ꝑpetē noctē armati ꝑegerunt inſultum: ac deſperationē uerītū hoſtiū. Illi ſuccenſis machinis ſubinde in urbē ſeſe referūt. Orta luce Carthagineſes cū ab hoſtibus nō amplius infeſtarent machinis murū q ceciderat denuo reficiūt: turreſq; ſup ipſum q̄ plures ex interuallo edificāt. Romani alias interim erexere machinas: aggereq; ex aduerſo turrib⁹ inſtituūt: faces preterea ex ſulfure: piceq; cōponētes in hoſtes emittūt. Cūq; nō nullas ſuccēdiſſent turres fugientes hoſtes ſubinde pſequūt. Verū cruore: ac limo madefacta tellus haud inſtabiles ſuſtinebat greſſus qua ex cauſa ab inſecutione ſponte temperabant: Scipio aggerē adeptus omnē foſſa circūſepſit murū que ex lapidibus eduxit. neq; finitimū hoſtibus: neq; longo ab illis diſtantē iuteruallo. Cū aūt foſſam murūq; erexiſſet: quatuor millia militū in eo ſtatuit q hoſtes depugnātes: neq; iacula: aut ſagittas multi facerēt. At illi ex aduerſo cōſiſtentes e muro ꝓpellebant. Eoq; modo æſtas inter utroſq; cōſumpta eſt. Incipiente hyeme Scipio cū plurimos illa in regione Carthaginenſibus fauere: & auxilia ab iis ſummiti uideret: q̄ primū eos delere ſtatuit. Miſit itaq; hic inde ad illos q̄ plures ex ſuis ipe. Nepheri uerſus in Diogenē q Haſdrubali fauebat p ſtagnū ꝓfectus. C. Leliū terreſtri itinere iubet. Cū Diogeni ad duo ſtadia: proximus eſſet caſtra diſpōit: relictoq; ibidē Geloſſo q Diogeni obſiſteret ipſe Carthaginē reuerſus eſt: ac modo ad Nepherim modo ad Carthaginē quæ fierent cuncta pſpiciens uertebat greſſus. Turribus duab⁹ ad nepherim in medio collapſus Scipio applicuit: ac mille electos milites Diogeni a tergo in inſidiis locat tribus millibus a frōte cōſtitutis: cū quibus & ipſe qua turres ruina ꝓciderant aſcenſum capit non multitudine ſtipatus: uerū p partes: ac cuneatim deducēs agmina ne priores ui deiecti ſubſequētibus aliis in fugā abire poſſent. Cū clamore: ac ſtrepitu cuncta reſonarent libycis in pugnā cōcurrentibus cæteri: q a tergo iſtabāt queadmodū imperatum illis erat aduertēte nemine: aut id ſuſpicāte uallo inſiliūt: ac ſtatim q interius aderāt libyci pcepta re in fugā abeūt cū multo plures q̄ quos inſpicerent arbitrarent adeſſe hoſtes. Geloſſus altera ex parte numidaꝵ multitudine & elephātis comitatus in eos fert: plurimoſq; fœda nece ꝓſternit. Ad ſeptuaginta. n. millia hoīum cum inutilib⁹ cæſa dicunt: decem millia capta: ad quatuor millia fuga euaſiſſe. Capta eſt ab exercitu Nepheris poſt duos & uiginti dies ex quo obſideri cœpit a Scipiōe cū hyemis tempore in algēti regiōe multa grauiter ppeſſus eſſet: quæ res potiſſimū illum ad capiēdam Carthaginē uidet erexiſſe. Nā exercitus cōmeatum hoſtibus ademerat: & in caſtris aduētantes libyci fiduciam pſtabāt. Tū aūt eo ſuſcipiētē & reliqua libiæ loca in militū ſuoꝵ uenere poteſtatē: quæ haud difficulter ſuſcepta ſunt. Et iā cōmeatus Carthagineſib⁹ deeſſe cœperat: & nihil ex Libya: quæ iam alterius ditionis erat: aut aliunde nauibus cōuectari poterat ob bellum ipſum: ac temporis ſtationem cū hyems

Obſidio difficilior.

C. Lelius.

Stratagema

Ingēs uictoia.

Carthaginēſiū fames ultima

eſſet. Oriente uere Scipio Byrſam aggredi: & portū qui Catoni dicitur ex pugnare inſtituit. Quod præſentiēs Haſdrubal noctu partem Cotoni quæ quadrangula erat ſuccendit igne ratus Scipionem ſubinde inuadere. Verum conuerſos in bellum Carthaginenſes Lelius a tergo latuit: qui p ambitu in cotoni circūuectus altera ex parte in eos ferebat̄. Sublato clamore: ut i ui ctoria mos eſt: nō nulli trepidare: quidā ſpretis hoſtibus aſcenſum ui peter contendunt ligna: machinas: aſſereſq̧ p interualla ſtatuentes. Verū nō idē uirium aut animi cuſtodib⁹ aderat: corporibus famæ languētibus. Itaque

Amiſſio cotōi.

ab impetu ſtatim defecerūt. Capto circa cotonū muro cōmeatū prope exi ſtentem Scipio intercepit. Veſpera ingruente cum bello fatigatus nihil am plius molliri poſſet cū omnibus pernox in armis conſtitit. Illuceſcente die

Tēplum apol linis.

alios denuo armatos ad quatuor millia numero accerſit. Hi templum Apol linis ingreſſi eius ſtatuam: quæ ex anro fuit templū auro illitū mille talēto rum pondere inuadūt: porro ſecuribus aggreſſi prædā militibus diuiſere q una aderant: deinde ad opus redeūt. Scipioi Byrſam q̄primū inadere mēs

Expugnatio miſerāda car thaginis

fuit. Nā is munitiſſimus totius urbis locus erat: multiq̧ in eū confugerant. Tribus aūt itineribus a foro in Byrſam puehentibus cū frequētes adeſſent domus: ac tectorū undequaq̧ domicilia penderent ab extra: Romani pri mis edificiis ſolo æquatis loca capiūt ab iis ad finitiuas tranſeūtes ædes. Cū illis quoq̧ potiti eſſent ligna aſſereſq̧ per angiportum interualla iaciūt: de inde in his ueluti per pontes greſſus dirigunt. Erat igit̄ atrox præliū: alteꝝ cū iis q ſuperius iminebāt tectis: alterū cū iis qui inferius p uicos ferebant̄ Inde ſuſpiria gemitus uoceſq̧ reſonabāt: uariæq̧ cædes paſſim iacentium repleuerant oīa: cum quidā inter manus cæſi: qdā uiuentes adhuc: a tectis præcipites in terrā lapſi inter gladios & erecta pila figerent̄. Nemo tamen ignē imittere auſus ꝑpter eos qui tectis inſidebant quoad Scipio Byrſam

Atrox incēdiū

ingreſſus eſt. Tunc uero tribus itineribus palam diffuſum eſt incēdiū: ac cōtinue quod igne cremabat̄ ulterius iter aperire ac diffundi in mai⁹ iube bat Scipio quo facilius per uiocs diſcurrens liber pmearet miles: uerum ex hoc atrocior mali prodibat facies. Igne etenim cuncta puaſtante: & in latū fundente uires cū ciuiū domos cōtigue inter ſe forēt ignem auertentes ſpō te dirruebāt: ex quo ſtrepitus multo maior audiebat̄ in urbe cum una cum lapidibus frequentes in medio corruerent mortui: uiuēteſq̧ ſenes maxime mulieres atq̧ pueri quicūq̧ intra ædium penetralia compulſi pauore latita bāt: & hi partim uulneribus oppleti: partim ſemiambuſti miſerandas emit tebant uoces. Alii ab imenſa altitudine delapſi inter lapides lignaq̧ cadētia igne torridi & in uarias procidētes formas membratim ſpargebāt̄: neq̧ ta men finis mali in his erat. Fabri quippe & quicūq̧ ſecurib⁹ & dolabris ex ercitu iter faciunt iacētes teloꝝ mucronib⁹ auulſos quoſdā defunctos: quoſ dam etiam uiuentes in quæq̧ telluris cōcaua ut lapides lignaq̧ proiicebāt

Spectaculum horrendum.

attrohentes potius q̄ uoluentes ferro. Erant autem foſſarum replementa homines & hi quidē in caput prouoluti eminentibus ſupra terram palpita

bant cruribus:aliĩ pedibus ſmerſi extantia proferebāt ora:quibus equi ſub
inde diſcurrētes collis capitibus facies cerebrũq; proterebāt:nō ſponte qui
dem:cũ ob feſtinantiā fabri inhumatos reliquiſſet.Et iā bellici laboris finis
ac uictoriæ gloria adeſſe uidebant:& militũ ſollicitudo ac tubicines undiq;
ſtrepentes tumultũ cōcitabāt. Tribuni porro & delecti ex omnibus per or
dines diuiſi ac diſcurrētes cōtinue urbē ingrediebant ob feſtinantiā quęcū
q; illis occurriſſent haud multifaciētes:quod per ſex dies totidēq; noctes ua
ſtātes urbem effecere. Permutatis interim ordinibus ne ꝑpete uigilia aut la
bore occiſione ue aut aſpectu rerũ horrēdaꝝ defatigarēt milites.Aſſiſtente
præterea Scipione ĩpatore:& plerũq; omiſſo ſomno hinc inde diſcurren
te:ac uix cibũ ullũ capiente quoad labore defeſſus in edito cōſedit quæ ge
ſta fuerant ex ordine diſcernēs omnia. Vaſtatis plurimis cũ abunde mali
ab illis peractũ uideret ſeptima die nō nulli ad eũ coronati pfugere Eſcula
pii ritu ſerta ſuſtinētes.Erat autē eius in arce templũ præ cæteris illuſtre at
q; opulentiſſimũ:ex quo ſuplicationes afferentes Scipionē rogare icipiūt
ut iis qui e byrſa excedere iſtituiſſent ſalutē indulgeret uellet quod ille excep
tis trāſfugis cōceſſurũ ſe pollicitus eſt:ſtatimq; ad qnquagita millia uirorũ
ac ſimul mulierũ e byrſa exceſſerũt:reſeratis muri anguſtiis quas iuſſit cu
ſtodiri.Quicũq; autē romanoꝝ tranſfugæ qui ferme noningēti fuerāt deſ
perata uenia in Eſculapii templũ cōfugere omnes cũ Haſdrubale & uxore
duobuſq; filiis ex ea uirilis ſtirpis:& ab illo quāq; pauci eſſent ob altitudinē
tēpli aſperitatēq; rupis ꝓmptiſſime pugnabāt. Citra pacē tñ per gradus
ſexaginta ab eo deſcenderũt. Sed cũ fames:uigilia:pauor:laborq; ac mali
propinquitas eos domuiſſet:templo cedentes intra penetralia eius ac pina
culũ aſcendūt.Inter hos deliteſcens Haſdrubal clam ad Scipionem ſuplex
fugit:quem Scipio ad pedes eius ſedere iuſſit:ac ſubinde tranſfugis uiden
dũ obtulit.Hi Haſdrubalem intuentes ſilentiũ ſibi impendi poſtulāt.Quo
impetrato eũ maxime uarieq; criminantes templũ immiſſo igne ſuccedunt
Haſdrubalis uxorē memorie proditũ eſt cũ ignem imiſiſſent ex aduerſo fa
ctam exornaſſe ſe quantũ per erumnas licuit. Dein filiis ante ſe cōſtitutis
in Scipionem audientē hæc dixiſſe.Nulla tibi indignatio eſt o romane ex
quo me hoſtem circũſides Haſdrubalem hunc patriæ:templorũ:mei quo
q; ac filiorũ proditorē fortunæ carthagīnēſiũ adiuuent:& tu una cum illis?
Deinde in Haſdrubalem conuerſam exclamaſſe. O funeſte infideliſſime
& molliſſime uirorum omnium me quidē ac filios meos hic ignis abſumet
Tu autem quod triumphum præfers ꝗ magnæ carthaginis dux aliquan
do fueris cur non pœnas pendes huic cum quo aſſides? Et hæc elocutam
filios interfeciſſe ambos:& ſe cũ illis in ignem conieciſſe. Creditum eſt ta
men. Haſdrubalem quemadmodum uxor illi conſuluerat oppetiſſe mor
tem At uero Sciqionem cum urbem intuaretur per ſeptingentos annos
ex quo condita olim fuerat florentem rebus omnibus : quæ tantum
terræ : inſularum mariſque tenuiſſet:nauibus præterea armis & diuitiis

Scipionis per ſeuerātia ĩ ad ipiſcēda urbe

Templũ Eſculapii in arce carthahinis.

Legati deditionis.

Tranſfugarũ deſperatio.

Haſdrubalis fuga ad Scipionē.

Scipio Hſdrubalem ad pedes eius ſedere iubet.

Mulieris probitatē attēde.

Carthaginis excidiū a romanis p annos. Illachrimat Scipio. Ilion ciuitas. Troia ꝓuincia

nulli priſcoꝝ imperio ceſſiſſet: audacia & ꝓmptitudine longe ſuperaſſet: demū præſidiis ademptis per tres aſſidue depugnantē annos fame belloq; ꝓfligatam ad extremū ueniſſe xcidiū illachrymaſſe ferūt: ac palā hoc fletu in hoſtes oſtēdiſſe ſe ſatis itelligere atq; dignoſcere quoniā urbes ac nationes: regnaq; omnia non ſecus ac hominis fortunā uariari neceſſe ſit atq; i terire. Id eni paſſa eſt Ilion maxima aliquādo ciuitas: Aſſyriorū præterea medoꝝ ac pſarū regna cū ad ſummū pueniſſent uiciſſim ptulerē: Quod fortunæ ludibriū etiā i macedones maxime enituit. Itaq; ſeu cōſulto ſeu temere Homericū illud ꝓtuliſſe aiunt. Iamq; dies aderit quo cōcidat Ilion ingens: Et Priamus Priamiq; ruat plebs armi potentis. Polybio autē ſatis fidēter

Homeri carmen Polybius.

atq; amice ab illo ſciſcitāte. Erat eni illi ſtudioꝝ comes: ac pceptor: quid huiuſmodi ſibi uellet carmen: nō aliud reſpōdit q̄ romā: p qua pēſitatis humanis caſibus pmaxime addubitaret animo. Hæc enim Polybius ab illo ſe audiſſe meminit. Scipio ex quo carthago euerſa ē nō nullos poſt dies exercitui prædā omnē præterq̄ aurū & argentū ac inſignes ſtatuas dirripere cō

Prædæ diuiſio

ceſſit. Plurima deīde præmia iter milites partitus exceptis iis qui Apollinis tēplo itulere manus. Nauē curſu celerē ſpoliis ornauit: nunciūq; uictoriæ

Scipio nunciū uictoriæ romam & i ſiciliā mittit. Siculi ſua conſequūtur.

cū illa romā miſit. Pari modo & i ſiciliā demiſit alias ut quęcūq; illuſtria carthaginēſes illis abſtuliſſēt cū in bello una cū romāis militarēt repetētes domū ueherēt: Quæ res plurimū beniuolētiæ ſibi attulit cū potētiæ humanitatē adiunctā intuerent̄ homines. Prædā deide partit⁹ ex æquo arma: machinas & iutiles naues Marti & Palladi diſcinctus ipſe more patrio cōbuſſit. Qui autē romæ fuerāt inclinante iam ſole nauē ituentes uictoriæ certio

Lætitia publica romæ.

res facti ad cātus ꝓdeūt: puigiles quoq; p nocte iter ſe cōplexi lætiq; morabāt̄ q̄ſi tū pmū a paoꝝ liberi tū primū pncipes effecti: tū pmū urbē indubie tenētes ac uictoriā adepti q̄lē antea nullus cēt cōſecutus. Multa eoꝝ uirtutis ornamēta præclara recenſerē: multa a maioribus ſuis i macedones: hiberos: & Antiochū cognomine magnū: Deniq; p italiā omnē facinora geſta eſſe glorioſa. Bellū nullū adeo finitimū ac formidandū i ipſis portis ſe uidiſſe unq ob hoſtiū fortitudinē: prudentiā: atq; audatiā deniq; ob iſidelitatē p

Attende

nicioſius extitiſſe fatebāt̄. Quæ deinde a carthaginēſibus paſſi eſſēt repetebāt i ſicilia & hiberia: deinde i italia p ſex & dece annos ducente Hanibale: quadringētis urbibus igne abſumptis: tercētis millibus hominū aut amplius bello itēremptis cū urbē ſæpe aggreſſus i ultimū poſuiſſet diſcrimen Quæ omnia in mente recenſentes ad uictoriæ incredulitatem demum trahebantur: & ſe inuicem de his percontabātur an carthago reipſa euerſa cēt. Poſtremo p totā cōfabulant̄ noctem quomodo ab illis arma ſublata eſſēt quomodo & alia præter opinionē eſſent fabricati: quomodo naues omnes abſtuliſſēt: & claſſē tā ingentē ex ueteri materia denuo feciſſēt: quēadmodū portus exitū clauſiſſent romāi: ipſi uero alia ex pte paucis diebus nouū pfodiſſēt. Plurim⁹ tamen iter eos d altitudīe mœniū: & lapidū magnitudīe ſermo erat quēadmodū ignē plerūq; machinis ituliſſēt hoſtes. Poſtēo q̄ſi

prælio quod nuper geſtū erat & ipſi affuiſſent ſe inuicē formabāt & in re
rū memoriā geſtaꝝ motus corporis īanes effingebāt: Scipionē nūc in ſca
lis:nūc in mœnibus:in portis deniq; ac prælíis omnibus accurrentē putan
tes ītueri. In hunc modū romāi noctē ꝑpetē.iſomnēq; ducebāt: Orta mox
luce ſacrificia:pompæq; ſolemnes diis immortalibus ꝑ ciues factæ. Agones
deide ac uaria ſpectacula omniſariā ludoꝝ ædita. Decē poſtremo optimos
ex romāis ſenatus elegit:q libyā iuiſerent:eamq; cū Scipiōe ad rei.p.utilita
tem ac comoda cōponerēt: & ſi quid carthaginis ſupereſſet adhuc ab eodē
demoliri iuberēt:nulliq; ulterius ī ea incolatū dari ſinerēt. Maxime autem
ī byrſā aſſurrexere omnes:& ea quæ Megara appellant. Ingredi autē ne
quaq uetuerūt. Quaſcūq; ciuitates quæ hoſtibus eo prælio auxilia dediſſēt
euertēdas. Quæ uero romāis paruiſſēt regiōe donādas eſſe decernunt: &
primū quidē Vticenſibus carthaginē & Hipponā uſq; altera ex parte tri
buendos agros. Reliqs uectigalia impoſita ſūt:agris uidelicet eorū ac cor
poribus uiroꝝ mulierūq;. Prætorē quoq; e roma quotānis illis mittere de
cretū. His ita cōſtitutis romā rediere. Scipio quæ ſibi agēda uidebant ſacri
ficiis:ſpectaculiſq; peractis romā naue deuectus ſplendidiſſimū omniū:ac
plurimo iſignē auro duxit triunphū ſtatuis monumētiſq; refertū quæ ex
omni terraꝝ orbe cōtinuis uictoriis plurimo tēpore carthaginēſes libyæ in
tulerāt. Fuit autē is cū capto pſeudo Philippo puirili tertius e macedōibus
triūph9 ductus eſt e græcis ſub Memmio prim9 olymphiade ſexageſima
ſupra centeſimā. Procedēte mox tēpore cū Caius Gracchus tribunatū ple
bis romæ gereret coorta ſeditione ex inopia uiſū eſt ad ſex mille colonos ſor
te ductos in libyā mittere. Veꝝ deſignatis mœnibus circa urbē lupi funda
mēta iam cœpta diſſipaſſe:euertiſſeq; dicūt:Qua ex cauſa Sēatui ab ædi
ficatione cōtinere placuit. Poſteri9 uero. C. cæſarē qui dictator ex uictoria
creatus eſt Pompeiū iu ægyptū:ac deinde amicos eius ex ægipto in libyā
fugientes pſequentē caſtris apud carthaginē poſitis per ſomnū uidiſſe me
morant exercitū ingentē lachrymis ante ſe ubertim deplorantem:eaq; uiſi
one territū ſibi ad memoriā ſcripſiſſe carthaginē denuo reficiendā eſſe. Ita
q; non multo poſt cū romam rediiſſet tenuioribus agros ab illo depoſcen
tibus ſic ordinē dediſſe quaſi nō nullos ex iis carthaginem:non nllos Cor
inthū eſſet dimiſſurus. Cæteꝝ illo in ſenatu occiſo a ciuibus Octauiū cæſa
rē qui poſtea auguſtns cognominatus eſt inuētis huiuſmodi a patre ſcrip
tis carthaginē: quæ nūc ē erexiſſe:ueꝝ aliquāto ſumiſſiorē cum priſcæ emi
nētiā urbis uereret cōd idiſſe colonos ex romāis ter mille a principio illuc
miſſos fama eſt:Reliquos ex finitimis in unū collectis additos. In hūc mo
dum romani carthaginenſibus olim parentem libyam ſibi ſubegere: & car
thaginis urbē a fundamētis erutam reſtituere denuo poſt euerſionem duo
bus & centum elapſis annis.

Appiani Alexandrini ſophiſtæ Romanoꝝ liber finit
qui Libycus inſcribitur. Traductio. P. Candidi.

Propriæ de populari uanitate.

Decem uiri a Senatu electi ad cōponēda in libya cū Scipione rei p. cōmodo.

Byrſa deſtruitur: & Megara.

Vticenſibus uictoriæ præmia tributa.

Scipionis triūphus.

Pſeudo Philippus.

C. Gracchus tribunus plebis.

C. cæſar.

Pompeius.

C. cæſaris ſomnum attende.

Octauius carthaginem denuo erexit.

Ter mille romani coloni carthaginē miſſi.

Appiani Alexandrini ſophiſtæ Romanorum liber incipit
qui Syrius inſcribitur. Traductio.P. Candidi.

NTiochus Seleuci Antiochi filius Syriorũ ac babyloni
orũ :nec non aliarũ gentium rex ſextus a Seleuco: qui
poſt Alexandrũ aſiæ circa euphratẽ imperitauit in me
diã ꝓfectus & parthiam:aliaſqꝫ nationes quæ ante ipſũ
defecerant cũ plurima ſtrenue geſſiſſet:ob idqꝫ magnꝰ
Antiochus diceretur ꝓgenitorũ ſuoꝝ gloria ac propria
appellatione elatus ſyriã inferiorem ac ciliciam:quæ ab
Ptolemæo Philopatro ęgypti rege puero adhuc tenebantˀ inuaſit:nec par
Ptolemęus Philopater. uũ quippiã mente complexis helleſpontũ ingreſſus eſt : eoles & ionios ue
luti aſiæ preſidenti ꝑ accomodos ratus ꝙ prius aſiaticis paruiſſent regibus
tandẽ i europã claſſe traiecit:thraciã ſubegit: ac minus ſibi parentes ꝑ ui ce
pit:Cheronneſũ muniuit:Lyſimachiam præterea erexit urbẽ quã Lyſima
chus Trax pro Alexandro imperitãs ut ꝓpugnaculũ quoddam in Thra
Lyſimachus. ces olim cõdiderat:Sed cũ Thraces defuncto Lyſimacho urbẽ euertiſſent
Antiochus denuo eã cõdidit profugos quoſcũqꝫ Lyſimachioꝝ ultro reuo
cans:ex quibus nõ nulli in ſeruitutẽ redacti ei parebant. Emptis aliis & in
unũ collectis boues inſuper & pecora:ferrũqꝫ ad agriculturã neceeſſarium
illis impartitus nihil moræ præſtitit ad mœnia erigẽda cũ regionem ſitu in
clytã & in uniuerſã thratiã accõmodã:& ueluti horreũ quoddã oportunũ
ad pagenda reliqua:quæ animo complexus eſſet intueretˀ. Plures enim ad
illũ cõfluxerãt:& tutelã urbis timore adducti ſuſceperãt. Ob id Smyrnei
Q .Flaminius & Lapſaceni :aliiqꝫ Antiocho aduerſãtes ad Flaminiũ romanoꝝ imperato
rẽ miſere legatos:Cuius ductu Philippus macedo i theſſalia igenti pugna
ſuperatus fuerat. Erãt quippe macedonũ & græcorũ iter ſe paulatim ꝑ tẽ
pus & partes iuicẽ cõmixta omnia ut a nobis eo libro in quo de græcis agi
tur pſcriptũ eſt:ac nõ nullę iter Antiochũ & Flaminiũ legatiões hic ide uiſ
ſæ. & impfecte plura ab his tẽtata. Iã pridẽ enim romãi cũ Antiocho in ſuſ
pitionẽ mutuã uenerant. Illi nempe haud tute qeſcere ſatis poterãt Antio
chũ magnitudĩe pricipatus ac felicitate elatũ intuẽte:nec ille cum romãos
adeo iualuiſſe cerneret ut ſoli potẽtia adauctũ impedire & in europã tran
ſeuntẽ ꝓhibere poſſẽt. Cæterũ cũ nulla inter eos & regẽ manifeſta adhuc
interceſſiſſet inimicitia legati ab Ptolemæo Philopatro romã uenerũt ſyriã
ac ciliciã ab Antiocho ſibi eripi querẽtes. Qua ex cauſa romani principio
huius belli:quod ipſis oportune afferri uidebatˀ permaxime lægati legatos
Romanorũ legatio. ad Antiochũ miſerunt:qui uerbo quidem Ptolemæũ Antiocho conciliare
uelle dicerent:re autẽ Antiochi impetum reprimereut :illiqꝫ quoad poſſẽt
obſiſterˀ tẽtarẽt. Hoꝝ autẽ Cneus prior Antiochũ rogarˀ ꝑgit ut Ptolemæo
romãoꝝ ſocio atqꝫ amico:regni quãtũ pater ei rliqſſet rſtitueret: Vrbes au
tẽ quas i aſia Philippꝰ tenuiſſet liberas eẽ ſineret. Nõ. n. ęquũ eẽ Antiochũ

eas urbes poſſidere:quas olim Philippo ademiſſet romaui. Omnino neſci
re ſe quanbrē exercitū tā ingentē:totq; ī armis paratos deſup ex medis ad
ducēs ī aſiā:quæ mari adiacet inferret europæ:urbeſq; ī ea erigeret:thraciā
ſibi uēdicaret niſi hæc alterius belli eſſēt fundamēta. Cui Antiochus ita reſ Reſpoſio Antiochi.
pondit Thraciā ꝓgenitoribus ſuis quondā parētē & ex impedimēto amiſ
ſam ſe cū ꝑ ociū uacaret recupaſſe. Lyſimachiā autē erigere urbe ut Seleu
co puero habitaculū ſit. Quæ uero ī aſia urbes eſſēt.eas liberas eſſe ſinere ſi
ſibi nō romanis gratias ſint habituri. Ptolemæo & affinis īquit ſū:& inquā
tū illi ſocer nō ſim eū uobis gratias habere cupio. Cæterū & ipſe addubito
quo iure romani Aſiæ rebus ſeſe immiſceāt cū nulla mihi Italiæ cura ſit. In
hūc modū īfecta re legati diſceſſerūt minas iā iter ſe paulatim detegētes. Fa
ma deinde & opiniōe uulgata Ptolemæū Philopatrum uita ceſſiſſe Antio
chus ꝓpere ad eū mouit:quaſi rege deſtitutā occupaturus ægyptum. Cui Hannibal.
Hannibal carthagineſes iuxta Epheſū occurrit ob æmuloꝝ calumnias pa
tria ꝓfugus:quē romāi litis & belli cupidū eſſe aiebāt:nec ullo tēpore paci
daturū operā. Hæc acta ſūt cū carthaginēſes romāis ꝑ fœdera parerēt Hā
nibalē porro in præliis expertū Antiochus læte ſuſcepit:ſplēdideq; circa ſe
habuit. Audiens deinde Ptolemæū in lyciā ueniſſe depoſita ægypti ſpe: &
Cyprū eius loco ſe habiturū cōfidēs in īſulā enauigauit. Vi igit tēpeſtatis
iuxta Sarū fluuiū ī diſcrimen adductus multis nauibus amiſſis ex quibus
nō nulle amicis referte inerāt ī Seleuciā ſyrie ꝓfectus ē:ibiq; exercitū labo
re euectū renouauit. Nuptias præterea Antiochi:& Laodicis filioꝝ una ce
lebrauit. Cū uero bellū a romāis apte detegi uideret affinitatibꝰ ſibi reges
finitimos cōciliare ſtuduit:& Ptolemæo qdē ī ægyptū Cleopatrā miſit Sy
rā cognomie gratis ſyriā īferiorē illi offerēs:quā idē Ptolemęo oli ademiſ
ſet quo iuuenē demereret & in bello cōtta romāos cōſtantiorē redderet. An Ariarathes.
tiochiā autē Ariarathi capadocū regi:reliquā Eumeni ꝑgamo imꝑāti dar Eumenes.
inſtituit. At is bellū iam cū romāis affutuꝝ uides:& ad utilitatē ſimul curā
adiunctā eſſe:uxorē renuit. Admirātibus autē Attalo:& Philetero eius fra
tribus ꝙ regis tam eximii & adeo finitimi:& ſibi impantis ultro etiā precā
tis affinitatē recuſaret palā oſtēdit futurū bellū principio qdem pares habi
tuꝝ eſſe euētus:procedēte tēpore romaorū res ī maius euaſuras ob eorum
magnitudinē atq; tollerantiā. Ego etenim inquit romāis uictoria potitis fir
miorem regni mei adipiſcar ſedē:Antiocho uero bello ſuperāte ſpes omnis
ad propinquos mihi elapſa eſt cum ſe illi īſeruientē demū imperaturū fore
ſperaret. His adductis rationibus Eumenes nuptias ſibi oblatas ultro rē
nuit: Nec multo poſt Antiochus in helleſpontum deſcēdit:ac Cheronne
ſum claſſe præteruectus magnam thraciæ partem ſubegit euertitque:
græcis quicunque thracibus parebant libertatem redditis . Plura quo
que . Bizantiis gratis contulit ueluti opportunam in ipſo aditu te
nentibus urbem . Galathas etiam donis: & apparatus ſplendore Bizantium.
pellectos in ſocietatem compulit ob eximiam corporis magnitu

Legati ab Antiocho romam miſſi.

Legatoꝝ uerba ad romanos.

dinem bello utiles arbitratus. Poſt hæc in epheſum contendit: ac legatos
romā miſit Lyſiam ſcilicet & Egeſianactē: ac Menippū: qui qdem re ſena
tum ut tentarēt ueniſſe uiſi uerbo autē Menippus ſic effatus eſt. Antiochū
romanoꝝ beniuolētiæ ſtudentē: ac ꝓpugnatorē cū illis eſſe cupientē ſi di
gnū ducāt uehemēter admirari q ab urbibus quæ in Ionia ſunt cū abſtine
re uelle dicāt: & redditus quoſdā illi auferre: nō nulla etiam ex aſia adimere
cum paci ſuadeat: Thraciā præterea dimittere iubeant: quæ progenitorū
ſuoꝝ quondā fuerit. Hæc enim nō ut amicis: ſed ut uictis uictores imperare

Romanoꝝ reſponſio.

ſolitos. Senatus eos ad tentādū ueniſſe ratus in hunc modū reſpondit. An
tiochū ſi græcos in libertate eſſe ſinat: & ab iis quæ in aſia & europa ſūt ui
ciſſim ſe contineat: romanos ſi uelit amicos habituꝝ eſſe. Hæc ſolū a roma
nis dicta cauſæ adhibitæ reſpōſo. At Antiochus q̄ primū in græciā deſcen

Hannibalis cōſilium.

Bella grauius domi q̄ foris geri.

Suadet Hānibal Antiocho ut in italiam tranſeat.

dere: & ex inde bellū romanis inferre ſtatuens Hannibali carthaginēſi ani
mū adiecit: qui ad illū his uerbis uſus dicitur. Græciam qdem ex longo cō
flictatā bello q̄ facillimū opus eſſe credere: bella omnia cuicunq domi eſſe
grauiora ob ingruentē famem: foris autē leuius geri. Romāos autē ſi græ
ciæ inferat bellū: Antiocho nequaq̄ cōceſſuros cōmeatu domeſtico & ap
paratu abundātes. Suadere igit ut in italiam q̄ primū tranſeat: ibidēq bel
lum gerat: ut romanis & quæ domi fuerint & quæ foris debiliora æque fi
ant. Italiæ inquit expertus ſum: & multa hominū millia in tēpore illi inferr
poſſum: e carthagine præterea amicos euocare: populū ad ſeditionem cō
citare licet continue inter ſe diſſidentē: & erga romanos parū fide ſe haben
tem: audacia præterea tumētem ac ſpe cū me denuo italiæ potiturū eſſe au
tumet. Hæc haud ingrate ab Antiocho accepta & magni ut erat ad id bel
lū ducens carthaginēſium uires ſtatim illum ad amicos mittere ſuadet: q
tamen Hannibal facere diſtulit. non enim tutū putabat ſcrutātibus omnia
romanis nec bello adhuc ſatis certo plurimis ad carthaginēſes deferentibus
nondū re. p. firmi quicq̄ aut ſtabilis habente iis ex cauſis quibus denuo car

Attende.

thago euerſa eſt. Ariſtonem autem negociatorē e tyro ꝑ occaſionē merca
turæ ad amicos miſit: eoſq adhortatus eſt ut q̄ primū ipſe in italiam ueniſ
ſet illi i uindictam eoꝝ quæ paſſi eſſent excitarent urbem: quod ab Ariſto
ne factū eſt. Inimici uero Hannibalis intellecta Ariſtonis ꝓfectione tumul
tuari & quaſi res nouas molientē iquirere cœpere. At is ne huiuſmodi ca

Aſtus.

lumniam Hānibalis amici in primis paterent noctu clam litteras ad ſena
tum deſtinat: in quibus Hannibal uniuerſos ſenatores ad patriæ ſalutē bel
lumq cum Antiocho una capeſſendum adhortari uidebat. Hiſq pactis i
de enauigat. Orta luce timor qui ex Ariſtonis profectione Hānibalis ami
cos ceperat ſubito euanuit quaſi hæc ipſa ad omnes ſenatores relata eſſent

Legatio romanoꝝ ad antiochum.

Scipio.

Veꝝ ciuitas uaria trepidatione agitabat. nam cū romanis aduerſaret hęc
minime latere arbitrabatur poſſe. Romanoꝝ deinde legati alii: inter quos
& Scipio ille qui carthaginēſibus principatū ademit in primis fuit: ad An
tiochum miſſi quo mentē: & apparatū eius explorarent. Cum ad Piſid

morantē offendiſſent:in Epheſo uenturū operiebant̃ regem. Eo loci ſępe numero cū Hānibale in ſermonē incidiſſe fama eſt. Carthaginēſibus cum romanis adhuc in fœdere manētibus: Antiocho nondū manifeſte ſe hoſtē profitente cū quidē Hannibalē patria effugiſſe quererent̃ romanis nihil ī eū:aut reliquos ciues delinquētibns. Hæc autē faciebāt quo Hannibalem cōtinua iter eos cōuerſatiōe atq; cōgreſſu regi ſuſpectū redderēt:quod ille utpote uir militaris haud quaq̄ animaduertit. Rex uero cū intelligeret ad dubitare cœpit:& an Hānibali adhiberet fidem uarie agitabat animo:zelo quodā ac inuidia eū affari negligens ne futurā gloriā ſibi uendicaret. Aiūt ꝑterea inter hos ſermones nō nūq̄ adſtātibus plurimis de re militari cōtendere ſolitos Scipionē & Hānibalē Cūq; ab Hānibale ſciſcitaretur Scipio quis præſtantior dux in bello ſibi fuiſſe uideret̃: Alexandrū dixiſſe Macedonē. Scipionē uero ſilentē Alexandro cōceſſiſſe. Interrogaſſe deinde quē ſecundū ab Alexandro eſſe diceret. cū Pirrhū epyrrotaꝝ regē nominaſſe ꝙ uirtuti militari audaciā haberet adiunctā. Nō eni facile inter reges uirū tanta audacia præditū poſſe reperiri. Reiectū deinde nō ſine liuore Scipionē queſiuiſſe quē tertiū eſſe crederet cū laudē illā ſibi attribui putaret:Hannibalē uero eū locū ſibi uendicaſſe his uerbis. Iuuenis dū eſſem adhuc inqt hiberiā bello cepi. exercitūq; tranſalpes ſecundus ipſe ab Hercule in italiā duxi:nulloq; ex uobis obſtare auſo q̄dringētas euerti urbes:non nūq̄ circa urbē romā certamē extuli neq; patria mihi pecunias ſuppeditante: neq; exercitus. Cū autē eū iuſto amplius ſe iactantē audiret Scipio ſurridētē dixiſſe memorāt. Quē locū tibi deligeres o Hānibal ſi a me nō fuiſſes uictus? Tū illū emulatiōe eiꝰ intellecta ante Alexandrū reſpondiſſe: me ipſū poſuiſſem. In hunc modū Hānibalē ulterius ſe iactare deſtitiſſe: & clam Scipiōi cōceſſiſſe uiſū q̄ſi Alexandro potiorē ſuperaſſet ducē. Soluto inter eos colloquio Hānibal Scipionē ī cōtuberniū uocauit. Cui Scipio ꝑhumane reſpondit:obſecuturū ſe ni Antiochū minus iam romanis fidentē ſciret: eoq; modo inimicitiæ finē cū bellis uterq; impoſuit. Quod neutiq; a Flaminio pariter ſeruatū eſt. Victo nempe impoſterū Antiocho fugiētem Hānibalē & circa Bithiniā demū errantē cū ad Pruſiā alia ex cauſa miſſus eſſet non ob ea quæ ab Hānibale prius ꝑtuliſſet romanis minime iubētibus: nō eni illis ulterius formidabilis eſſe poterat deuicta carthagine Hānibal: pruſiæ tamē ueneno cōfecit huiuſmodi oraculo fidētē libyſſa gleba corpus teget Hānibalis cū in libya moriturū ſe ſperaret. Eſt autē libyſſus fluuius in bithinia & cāpus ſubinde ab eo libyſſa dictus. Hæc ideo apponere uiſū quo Scipiōis magnanimitatē a Flaminii puſillanimitate diſtinguerē. Antiochꝰ deinde ex piſidis in epheſū reuerſus rhodioꝝ legatis ſentētiā huiuſmodi ꝓtulit. Rhodios ſe bizantios ac cizicenos & alios quoſcunq; circa aſiam græcos liberos eſſe ſinere ſi ſibi cū romāis fœdus inire̾t. Acoles autē & Ionios nequaq̄ eſſe uelle q̄ſi iā pridē aſiæ regibus & his quidē barbaris parere ſolitos. Romāoꝝ igit̃ legati Antiocho cōgreſſi cū nihil ꝑfeciſſent tandē infecta

Diſceptatio inter Scipionē & Hānibalē de imperatorū præſtantia.

Melius hic q̄ Liuius.

Laus Scipiōis.

pruſias rex.

Oraculum.

Q. Flāminius.

